

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 216. Caroli VI. Galliarum Regis extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

Angliam transportaretur, Westmonaste^s Sæcul. XV.
rii Regum tumulo inferendum. Henri- A.C. 1422.
cum Regem magnanimitate, fortitudi-
ne, prudentia, ac militaris scientiæ lau-
de præstantissimum fuisse, nemo unus in-
ficiari audet; Ast minor in eo ambitio,
& majus pacis studium desiderabatur.
Unicum duntaxat post se reliquit unius
anni Filium, Henricum nomine, cuius e-
ducationem Wintoniensi Cardinali Patruo
suo Rex morti proximus commenda-
vit, qui & illum in Anglia optimis mo-
ribus instituit. Regni hujus administra-
tio Glocestriæ Duci Regis fratri deman-
data est, Galliam vero gubernavit Joa-
nes de Bedfordia alter Henrici frater,
quem summis precibus obtestabatur, ut
Burgundiæ Ducis partes pro viribus tue-
retur, nec unquam, nisi prius Norma-
nia cum pleno dominio Anglis asserta
esset, pacem cum Delphino iniret, nec
etiam eos, qui in prælio ad Azincourtum
capti fuerant, libertati restitueret, prius-
quam Henricus ejus filius pubertatis an-
nos attigisset.

§. CCXVI.

*Caroli VI. Galliarum Regis
extrema.*

Haud diu Anglo vita superstes erat Ca-
rolus VI. Francorum Rex, quippe die
vigesi-

Sæcul. XV. vigesima Octobris Lutetiæ Parisiorum in
A.C. 1422. suo Palatio S. Pauli, ubi primo lucem a-
 spexit, extremum vitæ diem clausit,
Quyen. Urf. nemine assistente præter primarium ejus
Hist. Car. VI Cubicularium, Confessarium, & Eleemo-
Monstrelet. synarium. Annum ætatis suæ agebat
vol. I.c. 267. quinquagesimum secundum, Regni vero
 quadragesimum secundum, mensem u-
 num, ac quinque dies. Postera mortis
 suæ die horis pomeridianis Canonici, co-
 mitantibus Regiæ Ministris, corpus De-
 functi ad Ecclesiam Sancti Pauli detu-
 lerunt, & cadavere usque in alteram diem
 exposito, solemnis Missa dicta fuit, dein
 per alios novem dies ibi requievit, quibus
 expletis ad Ecclesiam Cathedralem, inde
 vero ad fanum S. Dionysii translatum
 est, in Majorum suorum tumulo consuetis
 exequiarum solemnibus deponendum. Co-
 mitatui funebri nullus Regiæ stirpis Prin-
 ceps intervenerat, nequidem ipse Bur-
 gundiæ Dux, eoquod Bedfordiæ Duci pri-
 mas cedere recusaret.

Anno MCCCLXXXV. mense Julio
 Carolus VI. Galliarum Rex nuptias cele-
 bravit Ambiani cum Isabella Bavara, ex
 quo conjugio sex suscepserat Filios, quo-
 rum tres primos immatura Mors sustule-
 rat, reliqui tres, nimirum Ludovicus,
 Joannes, & Carolus, omnes subinde Del-
 phini nomen fortiti sunt, & aliquamdiu
 fama inclaruerunt; solus vero natu mini-
 mus

mus ceteris vita functis superstes, Thro-Sæcul. XV.
num conscendit. Totidem quoque Filias A.C. 1422.
numerabat Carolus, nempe, Isabellam,
Joannam, Mariam, & alteram Joannam,
Michaelinam, & Catharinam. Primo-
genita Richardo II. Angliæ Regi juncta,
illo decedente Carolo Aureliæ Duci de-
sponsata est. Secunda, in cunabulis
morte sublata fuit. Tertia vero mundo
nuntium misit, & Deo se dicavit in cœ-
nobio Pisiacensi, quod sexto ab urbe Pa-
risiensi lapide distat. Quarta, nupta est
Joanni VI. Britaniæ Duci. Quinta,
Philippi uxor fuit, qui Patri ex insidiis
Monterigoli interempto in Ducatu Bur-
gundiæ successit. Postrema tandem
Henrico V. Anglorum Regi Matrimonio
copulata fuit.

§. CCXVII.

Carolus VII. a suis Rex proclamatur.

Postquam Carolo VI. extremis honori-
bus, ac funebri obsequio parentatum Juven. Urs.
est, Bedfordiæ Dux, Henricum adhuc in- Hist. Car. VI
fantem, Nepotem suum, Regem salutari Et Chatier.
jussit. Econtra vero Delphinus, cum de Histor.
Regis Patris sui obitu ad castrum E- Car. VII.
peliaci prope Podium in Velaunis, ubi
tum agebat, accepisset nuntium, se quo-
que postera die sub consuetis solemniiis
Regem Galliæ proclamari voluit, cunctis
Proce-